

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

Ad librum IIX.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1194)

A D

LIBRUM IIX.

VERS. I. IN THALAMIS ETIAM SUA FA-
CTA PAVENTEM) *Heu quantum pana mi-
sero mens conscia donat: exclamat in hanc
sententiam Lucanus lib. 7. Nihilq; est, ait
Cicero lib. 4. de Finib. quod tam miserum faciat, quam
impietas & scelus. Quintilian. lib. 5. Infitur. Quia
enim nescit, conscientiam rem esse unam omnium efficacis-
simam; adeo ut nulla tormenta melius prodant malefici-
um; nullus carnifex severius puniat, quam conscientia.
Prov. Conscientia mille testes.*

V. 3. CÆRULEI ÆQUORIS) Lib. 7. v. 562. *Carulei
Borea ferus horror.*

V. 6. ULTIMA VIRGINEIS DEDIT OSCULA
VITTIS) Hoc dicit, quia mox nuptura erat Medea.
Turneb. 23. c. 5. Aliæ autem erant nuptarum, aliæ vir-
ginum vittæ; sed utraq; tamen ingenuarum. Turneb.
ibid. & 29. c. 4. vide Tiraq. connub. 3. p. 67. Bernar.
ad Statium p. 160.

V. 8. ANTE PER ANTIQVI) De his vide Barthium
acutissimum lib. 18. c. 15.

V. 10. SUPREMOS AMPLEXUS) V. N. I. Trist.
3. v. 58.

V. 14. LONGÆ SENECTÆ) pro, in longam sen-
ectam. Barth. ibidem.

V. 16. NUNQUAM SPERANDA) Ita Barth. Quidvis
enim potius Heros ab Æmonia sperare poterat, quam
usum reconditissimorum in Colcho venenorum.

V. 17. CONDITA LETHÆERIS PROMIT) Ita le-
git Turneb. 29. c. 4. Jan. Guiliclm. quæst. miscell. c. 2.
In veteribus editionibus est, *prodit*: quod & ipsum re-
tineri hic potest, adserente argutissimo Barthio lib. 33.
c. 13.

v. 12. *proders* enim est *proferre*. *Lethifera* sunt, quæ oblivionem *lethæumq;* somnum inferant; hic enim usus venenorum, quibus draconem suum infelix puella sopore vincit. Barth. l. 18. c. 15.

v. 19. OMNIBUS ADHICIT) Ita ibid. Barth.

v. 27. PER LUSTRA) *Obscura latibula ferarum*, Isid. orig. 14. c. 8. Glös. *Lustra* *φωλοῖ*. Onomast. *Lustrum*, *επιλοιον*. Lib. 4. v. 369. *Monstris horrida lustra*. Supra lib. I. v. 490.

v. 28. LATMIUS VENATOR) Natal. Comes lib. 4. c. 8.

v. 33. PRÆPETIS) *Præpes* postis sæpenumerò est, qui à Græcis vocatur *δίαυός*, id est, avis rapax, ut aquila & accipiter, quòd volatu valeant. Virg. 5. Æn. v. 254.

Quem *præpes* ab *Idæ* sublimem pedibus rapuit *Jovis armiger uncis*. Nomen habere videntur *præpetes* à *επιπετοῦ*, quod est *prævolare*; Sed Græcum proverbium in Latinum mutatum est, *præpetesq;* non *propetes*, dicuntur. Hæ aves Latinis *magna* vocantur, Plautus *Rudente*: *Te objiciam magnis avibus pabulum*. Turneb. 23. c. 3. & 29. c. 4.

v. 34. IN QUEM CUNQ; TREMENS HOMINEM CADIT) Ovid. 2. pont. 2.

*Accipitrem metuens pennis trepidantibus ales
Audet in humanos fessa redire sinus.*

v. 44. PRIMIS SUPPLEX DEDIT OSCULA PÆMIS) Mos amantium, manûs osculari. Meurf. ad Theocrit. Idyll. XI. Barth. lib. 34. c. 14.

v. 50. SIDERAQ; HEC TE MEQUE VIDENT) Ovidius alicubi: *Sidera testes intendunt oculos.*

v. 52. HOC TE QUOQ; DEPRECOR, HOSTIS) Ita Barth. pro *hospes*, legendum acutè *ensec*. Et te ipsum deprecor, qui, ut parentes meos fugiam, hostis meus mihi tamen places. Hospitem deprecari, non magna res est; hostem inexpectata, qualem de-

cebat subdere summis omnibus appellatis furibundam faminam.

v. 52. DEPRECOR) De hoc verbo copiosus est Franc. Florid. Sabinus lect. succis lib. 1. c. 8.

v. 67. SUBIIT VI) Ita & hic legit scientissimus Barthius. Vulgo: *Subiit ut.*

v. 69. TEQ; CIEBAT) *Ciere*, pro vocare seu appellare. Lib. 756. 808. lib. 7. v. 313. *Noctis Heram Ditemq; crens.* Est & movere. lib. 7. v. 577. *Errantem dextra ciet obvius ignem.* Utriusq; significatus alia exempla vide lib. 1. v. 759. lib. 2. v. 304. lib. 3. v. 63. 155. 561. lib. 4. v. 548.

v. 70. SOMNE OMNIPOTENS) πανδαιμότατος.

v. 72. Tuo CORNU) Servius ad lib. 6. Æn. scribit, Somnum solitum esse pingi cum cornu: ex qua consuetudine hic noster autor. Et Seneca in Apolo-cyntho: — *Et obscuri crescebant cornua somni. quod tum cresceret nox.* Turneb. 9. c. 26.

v. 74. FRATRIQ; SIMILLIMALETHO) Homerus mortis fratrem vocat *Somnum*, Iliad. ξ εἰδ' ὕπνω ξύμα-
 ἔλητο κισσῶν τῶ θανάτω. Virg. 6. Æneid. *Tum con-*
sanguineus lethi sopor. Seneca Herc. Fur. v. 1869. *Frater*
aura languide mortis. Pausanias in Laconicis inter cæ-
 teras statuas ponit ὕπνω καὶ θανάτω: καὶ σφᾶς ἀδελφὸς
 εἶναι κατὰ τὴν ἑπὶ τῶ ἐν Ἰλιάδι ἠρῆνται. D. Chryso-
 stomus apud Photium in Biblioth. p. 853. explicans, cur
 Christi mortem Apostolus vocat θάνατον, nostram ve-
 ρὸ πειλοπῆν nuncupet κοίμησιν, ita scribit: ὁ ᾧ κοιμά-
 ρησιν, ἀναστήσεται πάντως: ἐπεὶ καὶ θάνατος ἐστὶν ἕτερον
 εἶναι ἢ μακροχρόνιον ὕπνον. V. N. ad Prudent. Cathem.
 hym. 2. v. 26. & hym. 10. v. 56. Gyrald. hist. deor.
 p. 301. Natal. Com. lib. 3. c. 13. & 14. Supra lib. 3.
 v. 178.

v. 77. SERVABO IPSA NEMUS) *Servare*, pro custodire, infrag. 114. *Cujus adhuc rutilam servabant*
 bra-

brachia pellem. Vide Comment. Terent. Supra lib. 4. v. 105. *Cyclopes nocte sub hiberna servant freta.*

v. 80. DARE SUSTINET) Idem ferè, quod audet. Ovid. 4. Fast. *Nec jam suspendere fletum sustinet.* Sueton. in Caligulâ c. 30. *Eos, qui spectare sustinuisent, execratus est,* Cuius lib. 6. *Sustinuit scribere mihi.* V. N. ad Ovid. epist. 5. v. 54.

v. 81. NUBE SOPORIS) Lib. 3. v. 66. *nubem meri dixit, pro ebrietate & v. 572. nubem mali:* Antonius *nubem veterini:* Boerhiius lib. 5. profa. *inscitia nubem.* *λάζος ἀπικραγτον νέφος* Pindarus Olymp. 7.

v. 84. LETHÆI QUASSARE SILENTIA RAMI) Imitatio Virgilis. Æneid.

*Ecce Deus ramum Lethæo rore madentem,
Vig. soporatum stygia super utraq; quassat
Tempora; cunctantiq; natantia lumina solvit.*

Turneb. 9. c. 26. & 21. c. 4.

v. 88. JUBÆ) *Juba* anguibus & draconibus tribui solent, quæ quidem cristæ sunt in eorum capitibus, eminentes. Supra v. 61. *Ille suis hac vibrat fulgura cristis.* lib. 3. v. 227. *Sparsa juba reppulit hydra.* Seneca Herc. Fur. v. 785. de Cerbero: *Viperis horrent juba.* Inde *jubatus draco* lib. 4. ad Herennium. Vide Turneb. 19. cap. 4.

v. 90. CEU REFLEUENS PADUS) Vide Lucanum lib. 6. 8. lib. 2. v. 408.

v. 90. SEPTEM PROIECTUS IM AMNES NILUS) infra v. 185. & lib. 4. v. 717.

v. 91. HESPERIUM VENIENS ALPHEUS IN ORBEM) Ammian. Marcellinus lib. 15. *Sic Alphæus oriens in Arcadia, cupidine fontis Arethusæ capius, scindens Jonium mare, ut fabula ferunt, ad usq; amata confinia progreditur.* Scholiast. Theocriti ad Idyll. 1.

v. 97. MELLA DABAM) Steph. Forcatulus Necyomant. dial. 2.

v.97. NUTRIEAM) Diomedes lib. I. *Qua io, eadem è prope ultimâ syllabâ productâ dicuntur, ut audio, audiebam; nutrio; nutriebam. Sed veteres hac sine e litora pronuntiabant, adibam, nutribam, dicentes: ut apud Virgilium: Nutribam Thyrrusq; pater. pro, nutriebant. Vide Gifan. Ind. Lucrèt. in Savibam, Scibam. Aufon. Popman lib. I. de usu antiq. locut. c. 12.*

v.102. CEDE DEO) Prov.

v.105. DIMITTE MORAS) Barthius eximius lib. 14. c.6. legit: *Diis mitte moras. Moras, quas timor aut cunctatio ex eò orta, facturi erant, Diis relinque; tu hoc age, dum tempus agi rem.*

v.110. CAPUT ARBORIS) Mox v. 114. *orni brachia dixit. Vide Indicem Dracontii in Coma.*

v.113. ORNUM) Modò *ornum, modo quercum dicit. Ornus Glos. à gela nirus. vide lib. 7. v.169. & 534. infra v.460. lib 5. v.230.*

v.113. AERIAN) ut Virg. ecl.3. *aèriam ulmum appellat. Lib.1.v.67. aèrii plantaria Perseos.*

v.116. THAUMANTIAS) Virg.9. *Æneid. v.5. Ad quem sic rosè Thaumantias ore locusta est.*

v.131. UTQ; AUREA) Ita Barthius legit, lib. 14. c. 6. & lib.18. c.15.

v.136. HUNC) Horrorem videlicet; objectâ spe recuperationis. *Amisam filiam horrore summo audit pater. Inscèdit verò summum horrorem subitis in armis visus filius; unde spes, omnia amissa recipiendi.*

v.137. URBS ETIAM MOX TOTA COIT) V.N. ad Horatii Oden XVI. Epod.

v.138. COMPLENTUR LITTORA BELLÒ) Lib. 2. v. 260. *Hen. socii! quantis complerunt littora monstris.*

v.143. IMPLET ULULATIBUS AURAS) v. 171-

Sia

Sic genitrix similiq; implet soror omnia planctu Exulans. Vide supra lib. I. v. 318.

v. 150. VELLE N UNGUIBUS UNCIS) Ovid. 12. Metam. v. 563. *Hamatusq; virilaniaveras unguibus ora.*

v. 151. IN IPSIUS ORA IRE) Lib. 7. v. 293. *Vix animos dextramq; tenens, quin ipsa loquentis Iret in ora Dea.*

v. 161. EX QUO) $\xi\xi\xi$, pro postquam. Glos. *Ex quo,* $\xi\xi\xi$ Seneca Troade v. 69. *Ex quo tetigit Phrygius Grajas hospes Amiclas.* C. Mar. Victor epist. ad Salmon. v. 99. *Ex quo te corde hinc gaudens abii.* Utitur & Statius 1. Theb. v. 182. lib. 2. v. 401. lib. XI. v. 112. & Achill. I. v. 64.

v. 164. ALIENÒ GAUDIA VULTU) vide Turneb. 23. c. 5.

v. 171. IMPLET OMNIA QUÆSTU) Lib. 2. v. 167. *Tum voce Deos tum questibus implet.*

v. 174. TE TUA FATA FEREBANT) Ovid. 3. Metam. v. 176. *Sic illum fata ferebant.*

v. 186. CORNU) *Cornua amnium.* ipsorum ostia & ora dicuntur: ut apud Maronem: *Rhenusq; bicornus.* Exit enim duobus ostiis in Oceanum. Nilus autem septem alveis in pontum Euxinum. Turneb. 23. c. 5. Vide lib. I. v. 106.

v. 188. ILLIUS ADVERSI NUNC ORA PETAMUS) Supra v. 121. *Et fluminis ora summa petunt.*

v. 190. AMNIS ITER) Lib. 6. v. 443. *fluvium viæ.* Vide Indicem Dracontii in Ire.

v. 191. SINT, AGE, TANTI QUÆCUNQ; MORÆ) Huc Germanorum illud pertinet:

Singut Weg umb
Hat keine Krumb.

v. 200. INDE ALIOS FLECTUNT) pro, ad alios. Ita Virg. ecloga I. v. 65. *At nos hinc alii scientes ibimus Afros,* pro, ad Afros. Æneid. I. v. 369. *Devenere locos.*

v. 203. HESERAT AURATÆ GENIBUS MINERÆ
 v. 11) Turneb. 19. c. 2. hoc de tutelâ navis accipit: ut &
 Meurbus ad Lycoph. p. 324. Hinc infra v. 461. *Interq̄
 ingentia Gratium Nomina Palladia virgo stetit altera
 prova.*

v. 204. DEIECTA RESIDENS SUB TEGMINE
 FALLA) Ita leg. Turnebus 29. c. 4.

v. 208. THOANTE Æ DIANÆ) Gyrald. hist. Deor.
 Syntag. 12. p. 356. Ovid. 4. Trist. 4. & quæ ibi noto.

v. 208. DEFLEXA) Turneb. ibid. *desleta.*

v. 218. HYPERBOREAS PRUINAS) Lib. 7. v. 358. *ni-
 ves tristesq̄ pruinas.*

v. 213. SI QUANDO) I. si aliquo tempore: dicitur
 turq̄; ut à Græcis ἐν ᾧ ἔργῳ. Turneb. 27. c. 1. infra v. 226.
precipueq̄; sui se quando in tempore pulcer, ἐργῳ.

v. 216. HORTATUS) ita Barth. lib. 14. c. 6.

v. 217. PEUCE) Ammian. Marcell. lib. 22.

v. 222. FÆDUSq̄; JUGALE) Guntherus lib. 10. v. 4.
nuncupat nexûs mariti federis.

v. 224. IPSE AUTEM) Ita leg. Barth. ibidem. Invi-
 tamq̄; Palladem dicit; quia sub alterius Dea potesta-
 tem conjugio ibat princeps Argonautarum.

v. 229. DILECTA CYTHERA) Virg. 1. Æn. *Super
 alta Cythera.* Et lib. 10. *Est Amathus, est celsa mihi Pa-
 thos, atq̄; Cythera, Idaliaq̄; domus.* ibid. *est Paphos, Ida-
 liumq̄; tibi, sunt alta Cythera.*

v. 231. JUNONIA HEBE) Natal. Com. lib. 2. c. 5.

v. 235. DUPLICEM CYTHEREA CORONAM DO-
 NAT) Turneb. 29. c. 4. Apparet, inquit, nuptialem
 coronam duplicem fuisse; ut inde suspicio sit, virginal-
 nem fuisse simplicem. Sed Paschalius lib. 3. Coron.
 c. 6. Venus, ait, capite gestat fertum *διδομένησαν*, nem-
 pe ex utraq̄; rosâ contextum, candidâ & rubrâ, id est,
 nigrâ purpurascens; cujusmodi est Indica, quam des-
 cribit Achilles Tacijs lib. 4. Et hic scilicet est sensus
 horum

horum versuum, qui sunt apud Val. Flaccum; ubi is coronam Veneris facit duplicem, ob utriusq; coloris mixturam, ex quâ conficitur roseus: *Ipsa suam duplicem &c.*

v. 236. AR SURAS GEMMAS) Interpretor, non lapillos ignitos aut ignescentes, sed ipsas rosas, quæ propter colorem ardere dicuntur, ut apud Plutarchum, Sympos. 3. ἄρσισι φλέγονται τοῖς ῥοδαῖοις σέφανον, floribus ardentem roseis coronam. Id quod à Græcis sumit Apulejus, describens coronam suæ Dex; *Nunc inquit, albo candore lucida, nunc croceò flore lutea, nunc roseò rubore flammida.* Paschal. ibid.

v. 239. SIC UBI MYGDONIOS PLANCTUS SACER ABLUJIT ALMO) De hoc Romano Cybelilustrio Vib. Sequester de fluminibus Lucan. lib. 1. Ovid. 4. Fast. Ammian. Marcell. lib. 23. Prudent. peristeph. 14. v. 160. & quæ ibi notavi. Gyrald. hist. deor. Syntag. 4. p. 136. & 142. Turneb. 30. c. 21. Barth. ad Claudian. De bello Gildon. v. 119. & lib. 14. c. 6. Supra lib. 3. v. 19.

v. 242. QUI JAM) Barth. ibid. leg. *quid iam*, additâ notâ interrogationi destinatâ. *Quid ex tam deformibus malis jam memoriâ ministrorum subit?*

v. 243. VENIT AD ARAS) Venustissimus mos, nuptiales sponsones atq; adeo ipsas nuptias ante aram Dei, ut rei sacræ testis sit, celebrari: ut hîc Valerius. Barth. 1. c. 7.

v. 245. IGNEM POLLUX UNDAMQ; PRÆTULIT) Ante sponfam aquam & ignem deferri, & ab eâ utrumq; tangi mos fuit, ut uxor esse potissimum propagandæ sobolis causa manifestaretur. Nam sicut calor & humiditas, quæ illis in elementis excellunt, generationis causa sunt; sic maris & femine conjunctio maximè ad generandum prolem introducta est. Fr. Barbarus de re uxoriâ lib. 1. c. 8. Adde Cujac. lib. XI. Observat. c. 2. Turneb. 29. c. 27. & lib. 20. c. 36. Alex. ab

ab Alex. l. 2 c. 5. Jan. Bernart. ad Statium p. 261.

v. 246. VERTANTUR) *Vertere*, ad res sacras olim pertinere. Conſuerunt enim Deos venerantur ethnici *dextroverſum ſe vertere*: imò aras circuire dextroverſum ſeu ἐπὶ δεξιὰ. Plaut. Curcul. *Si Deos ſalutes; dextroverſum cenſeo*. Apud Athenæum lib. 4. Poſſidonius de Celtarum moribus: ἕως Ἀγκωνέντων, καὶ τὴν θῆος ἀποκονῶσιν, ἐπὶ τὰ δεξιὰ ἐπιθροῖσθαι. Ita Dido apud Virg. lib. 4. — *ante ora Delum pingues ſpaciatur ad aras*. Sic Valerii illud accipio lib. 8. — *Vt dextrum pariter vertantur in orbem*. Giſan. Ind; Lucret. p. 470, & inde Barthius lib. 2. c. 10.

v. 247. NEQUE SE FLAMMA PER AURAS EXPLICIT) Cornel. Severus in Aetnâ: — *Quæ cauſa perennis explicet in denſum flammâs*. Lucret. lib. 2. *Arida ligna explicat in flammâs*.

v. 249. PROMISSAM NEC STARE FIDEM) Suprà v. 222. *Promiſſamq; fidem thalami*.

v. 252. SILVESTRIAL ETIS PRÆMIA) Ita Barth. lib. 14. c. 6.

v. 254. UNDANTI DESPUMAT AHENŌ) Virg. I. Georg. v. 295. *Et ſolus undam tepidi deſpumat aheni*.

v. 255. GRAMINEIS AST INDE TORIS DISCUMBITUR) Virg. 8. Aen. v. 175.

*Hæc ubi dicta; dapes jubet & ſublata reponi
Pocula, gramineoq; viros locat ipſe cubili.*

Nonnus lib. 3. v. 51.

ἐπὶ αἰγιαλοῖσι δὲ καὶ ταῖς
ἀσπερίας φαρμάχοισιν ἐπιτρεφάντω χαμδνῆς,
ἐσθλὴν μὲ δαΐει.

Vide lib. 4. v. 338.

v. 259. QUIS NOVUS INCEPTOS TIMOR) Ulque-
deò nulla eſt ſincera voluptas; Sollicitumq; aliquid latet
inter-

Intervenit : ut est apud Ovidium. vel, ut Lucret.
Mediò de fonte leporum surgit amari aliquid. vide Rit-
 tershus. ad Guntherum lib. 1. v. 603.

v. 263. *PREMENS CLAMORE SOROREM*) *Preme-*
re, verbum venatorium, cum feram venator sequitur,
 magnoq; clamore canes impellens urget. Valerius
 hic de Absyrto Medeam sequente. Virg. 3. Georg.

Ingentem clamore premens ad retina cervum.

Et Æneid. 1.

Aut spumantis apri cursum clamore prementem.

Turneb. 29. c. 4.

v. 265. *NEQ; ENIM FUGIT ÆQUORE RAPTOR*)
 V. N. 1. Metam. v. 849.

v. 272. *IRÆ MODUS*) Lib. 1. v. 294. *Iamq; mero ludog;*
modus. lib. 4. v. 583. *Sperare modum pana.*

v. 278. *FERO QUATIOQUE HANC LAMPADA*)
 Supra v. 162. & 276. Vide Scalig. 3. Poet. c. 101. Gevart.
 ad Statium 4. Silv. carm. 8. c. XI. Virg. 6. Æneid. v. 597.
Et lampada quassans per Grajum populos. Supra lib. 16
 v. 841.

v. 284. *FULSERE*) Ita sæpe apud Lucretium.

v. 300. *ITERUM SPONSÆ*) Utpote quæ Stiro pro-
 missa primùm, dein Jasoni cõspondit sese denuò.
 Barth. 14. c. 6.

v. 300. *FLAMMATUS*) Supra lib. 1. v. 177.

v. 301. *TRABALIA TELA*) *Quicquid ingentis & va-*
lidum est, Trabale veteres vocant. Statius 4. Theb. v.
 6. — *Dextraq; trabalem Hastam intorsit agens.* Virgilius
 quoq; 2. Æneid. *telum trabale dixit;* quod Donatus ex-
 ponit forte, *ut sunt trabes.* Ammian. lib. 16. *Quorundam*
capita discissa trabalibus telis. Prov. *Trabali clavò figere*

v. 302. *ARMANT PICIS UNGUINE*, Lucan. lib.
 10. *Picò juber unguine tinelas Lampadas imantiti jun-*
ctis in vela carinis. Et lib. 2. v. 281. — *Pinguibus ignis Ad-*
fixus redis, & *fulphure vivax hæretur,* ac faciles
 præbere

præbere alimenta carina, Nunc pice, nunc liquida rapuere incendia cera.

v.308. IN PUPPEM PRŒSILIT) Supra v.132. *Mox attonita cum virgine puppem Inssilit.*

v.323. VENTORUMQ; DOMOS) Supra lib.I. v.613. Index Dracont. v 518.

v.330. JAMQ; OMNIS IN ASTRA ITQ; REDITQ; RATIS) Poetica hyperbole, navigationis difficultatem ostendens. Vide Virgilium Æneid.1. v.110. & 3. v.564. Ovid.1. Trist.2. & Metam. XI. v. 504. Silium lib.ult.Boch.ad Psalm.106.Barth.15.c.7.

v.340. NEC MIHI PROFUERIT PRONA HAUT DUBII SENTENTIA PATRIS) Hinc *Hermione*, quæ ab Oreste ad nuptias petebatur, apud Euripidem in *Andromache* :

*νυμφεύματα μὴ τῶν ἐμῶν πατρὸς ἐμῆς
μίσσηταιν ἔξεν, καὶ ἐμὸν κεῖνεν ταῖδε.*

v.347. SED MYRRHA CORPUS) *Myrrha* mortuorum fuisse corpora condita, ne putrescerent, tradit Philo in *Cantica*. Memnit & Prudentius *Cathem*, 30. v.59.

*Aspersaq; myrra sabao
Corpus medicamine servat.*

Kirchman. de Funer. Rom lib. 1. c. 8.

v.356. INTORTIS REMIS) Supra v.287. *Intorquent trunci frondentibus undam.*

v.364. HAUT NULLA VELIT) i. nulla non velit. Barth.14. c.6.

v.369. VISU DEFIXUS) Lib.7.v. 510. *Tamen perstant defixus uterq;.*

v.373. HIEMS) pro potestate. Supra lib.1. v.197. V. N. 1. Trist.1. v.42.

v.373. TOTUSQ; IN VERTICE PONTUS) Supra v.332.

v.377. CUM SOCIIS) Ita Barth, ibid.

v. 385. ULTIMA BELLII) Livius lib. 2. *Patres ad ultimum dimicationis rati rem venturam*. Ibid. *Rem ad ultimum seditionis erupturam, finemq; venisse Rom. Imperio*. Lucret. lib. 5. *ultima cali*, appellat occiduas coeli partes. Gifan.

v. 392. RAPTIS CONIUGIIS) *Conjugia non raro pro ipfis ponuntur conjugibus*. Seneca Hippol. v. 340.

Si coniugio timuere suo.

Postunt timidi pra'ia cervi.

Exempla plura vide apud Bernart. ad Scatum 6. Theb. p. 196. & seq. Sitzman. ad Boeth. lib. 2. met. 8.

v. 396. PRIMA HÆC COMMITTAT) *Primam belli facem & causam inter Asiam & Europam dicit fuisse Medeam, l. b. I. Herodotus, ab Iasone raptam*. Eius enim Alexandrum imitatum postea exemplum fuisse, vicesq; reddidisse, quod etiam indicat hic Valerius. Turneb. 23. c. 5.

v. 400. TRAHENS GEMITUM) Lib. 4. v. 135. *Obscura gemitus in valle trahentem*. Prudentius in Romano v. 927. *Gemitu querelam traxit*.

v. 402. PRIMORDIA TEBÆ) *primordia cladis*, Silius lib. 4. *belli*, idem lib. 17. *noctis* Claudian. l. de raptu v. 112

v. 417. BIREMES) *Glos. δίκατος, δίπρος: quod est à δίς & ἐπέρον remigare; unde ipsa remigatio*. Etque *biremis* (quod Latini substantivè usurpant, intelligentes *navim*) quæ duplici remorum ordine agitur.

v. 435. NEC SPES ULLA SUPER) *Ut Graeci proverbia pro verbis interdum ponunt, ut* F
pro

pro μέγιστον, πύξος pro πύρεσι : Sic Valerius hoc loco
super pro superest. Turneb. 23. c. 5. vide supra lib. 1.
v. 345.

V. 429. NON OMNIA POSSET) Proverbium fa-
pit, ut, omnia facere.

V. 444. DOMINUM Q; PATI) Invitâ scilicet men-
te ferrè. Videatur indultrius noster Barthius lib. 16.
c. 20.

V. 445. FURIATA MENTE) Virg. 2. Æn. v. 407.
Non tulit hanc speciem furiata mente Chorabus. Ibid. v.
588. Furiata mente ferebar. Onomast. Furiatus, συμ-
μῆναις.

V. 452. TEMPE) τέμπεα, valles, κοιλάματα. Ergo
videntur dicta, quod sint loca à montibus relecta, sed
amena, arboribus confita, gratâ opacitate umbrosa,
frigore jucunda, virentia, fontibus irrigua.
Martin.

V. 457. VEL GREATÆ TRAHERENT SUSPIRIA
VACCÆ) Coitus Smyrnxus lib. 7. v. 254. Deidamiam,
Neoptolemi discessu plorantem, confert eum vaccâ,
vitulam requirente; & Andromashe apud eundem
lib. 23. v. 258. iridem comparatur vaccæ,

ἢ δε θεῶν γούσσα φίλος πικρὸν ἔστω καὶ ἐν ποσὶ
μακρὰ κινυρομένη.

Confer Lucretium lib. 2. v. 352. Barthius autem, omni
liberali doctrinâ politissimus, lib. 14. c. 6. suspicatus
quod vaccæ, ex jana veteris scripturæ affinitate corru-
ptum esse, & truculentissimam illam bestiam orbam
catulis hinc Leovibus atq; lupis subjectam certo esse.
Mox v. 463. legit idem, magis, q; minatur. Mina-
nempe aliquid superioribus facinoribus commune &
magici terroris plenum habebant. Virginam alteram
dicit,

dicit, quia talis erat formâ, cum prope simulacrum
Palladis, navi tutelare, constitisset; ut altera Dea Pal-
las videri posset. Sic de Hero suâ Musæus: *ἄλλ' ἔβ-
ρασε ἄνακτορα*

v. 468. METUISSE) Ita rectè legitur. Nam su-
prâ puella ipsa ita illum affata est, ad quod ille re-
sponder:

*Nec spes ulla super; quin tu mea respice saltem
Consilia, & nimio comitum ne cede timori.*

Barthius, & in exordiô non sine laude à me nominan-
dus, lib. 27. c. 3. Et hæc hæcenus.

Anchora de prora iacitur, stant liitore puppes.



Opera facturus est precium, qui
cum Valerio Flacco conjun-
xerit Argonautica, quæ con-
cinnavit Calparus Cunradus,
Phæbi amor, Aonidum flos, Are-
tesq; jubar. Illa verò leguntur in
Deliciis, poetarum Germanorum
T. 2. p. 997. & seqq. Quomodo verò
fabula de Jasonis & Medeâ ad Alchy-
miam transferatur & accommode-

P 2 tur;